

pter ordinem ad signum: hoc utiq; propriè significabit, illam *impropriè*. Et hoc fortè de latinâ voce *Testamento*, à testando dictâ, prætendi possit: de Græca διαθήκη, & Hebræâ, berith, clarissimum est primò & propriè voluntatem testantis aut contrahentium significari; instrumentum autem & signa in ordine ad illam: ut sit eadem hic locutio, quasi testator de instrumento scripto dicat; *Hæc est mea voluntas ultima &c. Perspicuitatem interim magnam & familiaritatem loquendi fatemur, quæ instar proprietatis in effectu haberi possit: ut & cum de sacris bibliis dicimus, Hoc est verbum Dei, testamentum Dei &c.*

4. *An finis etiam sit cœnæ domini, ut in ejus actione offeratur Deo verum sacrificium impetratorium & propiciatorium (saltem ratione rei impetratæ) pro peccatis vivorum & mortuorum degentium in purgatorio?*
 Neg. Affirmat contra cum suis Bell.
 lib.